Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Ieus

162

nus et omnis reliquie populi voce dni dei sui et verba aggei prophete
prout misit eum dns deus eorum ad ipos / et timuerunt populus a facie domini
Et dixit aggeus nuntius dni de nuntiis dni populo dicens Ego no
bisecum sum dicit dns Et suscitavit dns spm Zorobabel filii Sala
tiel ducis Juda et spm Jesu filii Josedech sacerdotis magni et
spm reliquorum de omni populo et ingressi sunt et fecerunt opus in do
mo dni exercituum dei sui Sed cap. 2m aggei sb. ans II.
In die vicesima et quarta mensis in sexto mense anno secundo darii
regis In septimo mense vicesima et prima mensis factum est verbum dni
in manu aggei prophete dicens loquere ad Zorobabel filium Sala
tiel ducem Juda et ad Jesum filium Josedech sacerdotem magnum et ad
reliquos populi dicens Quis in vobis est derelictus qui vidit do
mum istam in gloria sua prima et quid vos videtis hanc nunc Nunq
ti ita est qui non sit in oculis vris Et nunc confortamini Zorobabel dicit
dns et confortamini Jesu fili Josedech sacerdos magnus et con
fortamini omnis populus terre dicit dns exercituum et fiatis qui ego
vobiscum sum dicit dns exercituum Juxta verbum quod pepigi vobiscum
cum egrederemini de terra egipti et spus meus erat in medio vri
Nolite timere quia hec dicit dns exercituum Adhuc vnum modicum est
et ego commovebo celum et terram mare et aridam et movebo omnes
gentes et veniet desideratus cunctis gentibus et implebo domum
istam gloria dicit dns exercituum argentum meum et meum aurum
dicit dns exercituum magna erit gloria domus istius novissi
me plus quam prime dicit dns exercituum et in loco isto dabo pacem
dicit dominus exercituum Sed alios cap. 2m cap. Sed in alios II.
In vicesima et quarta nomi mensis Jun anno secundo darii regis
factum est verbum dni ad aggeum prophetam dicens hec dicit dns
exercituum Interroga sacerdotes Legem dicens Si tulerit
homo carnem sanctificatam Tora vestimenti sui et tetigit de summitate
eius panem aut pulmentum aut vinum aut oleum aut omnem cibum nunquid
sanctificabitur Responderunt autem sacerdotes dixerunt Non
et dixit aggeus Si tetigit pollutus anima ex omnibus hijs
nunquid contaminabitur Et respondentes sacerdotes et dixerunt Contami
nabitur Et respondit aggeus et dixit Sic populus iste et sic gens ista